





*Sted*

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*



**LYCEI ILFELDENSIS**  
**VOTA**  
**DECENNALIA**  
**ILLIVS NATALI INITIATIONIS**  
**QVI IN DIEM VI IVNII**  
**INCIDIT**  
**RITE SOLVENDA**

AN





\*\*

**P**ERSOLVTA tot annis charisteria  
 diuinæ beneuolentiæ  
 athenaci pro huius extruptione  
 tuitioneque præpotente  
 inter fatalem prioris sæculi truculentiam  
 infanda inter discrimina  
 floris ac honoris visi omnis litterarum amissus.  
 Craſtinus autem imponit dies  
 lycei qui decimus natalis  
 nouis initiati ritibus  
**D**E**O**, qui liberalia studia adiutat  
 cuius quidem ancile  
 sedes hæcæc perueſus doctrinarum  
 anniuerſaria ſollemniter offerre ſoteria  
 decennialia vota ſoluere  
 quando pro bonitate infinita  
 ſartam rectam præſtitit  
 nouam in dies ſingulos attulit ſalutem.  
 Supplicatione igitur proſequenda  
 cæleſtis benignitas  
**R**E**G**E **E**T **E**L**E**C**T**O**R**E  
**P**A**T**RIAE **P**A**T**RE  
**P**I**O**, **I**V**S**T**O**, **C**L**E**M**E**N**T**E, **P**A**C**I**F**I**C**O  
**A**V**G**V**S**TA **C**V**M** **D**O**M**O  
 inter tot millena vota ſeruato, deſenſo, munito.  
 Obteſtandus **D**E**V**S propitiuſ voce publica  
 regnorum conditor, ſtator regum  
 folium regium, ſedem potentiaæ vt firmet  
 contra caſus omnes ancipites  
 temporumque iniurias, et vices rerum.  
 Precandum æternum numen  
 vt ſenatus regnorum ac prouinciarum  
 conſilia et actiones gubernet  
 vtcumque neceſſitates videantur requirere  
 almae et perpetuae pacis fructus



redundent in subiectos  
tranquillitas publica numquam conturbetur  
infausto quodam fidere.  
Cōmmemoratione insuper singulari  
diuini collati beneficii  
testificandus animus  
gratus memorque  
tantorum in nos meritorum ac munerum  
summe venerabilis, optimique ADMINISTRATORIS  
sacrarū huius sapientiae  
instauratoris ac seruatoris  
ad inuidiam decessorum plane incomparabilis  
immortalis DEVS adorandus  
vni vita, incolumitate, et gratia ipsius  
perdiu gaudeamus

ceteraque munia, quae soli boni intelligunt  
propria sint et permanēura.

Precationibus praeterea his sollempnibus  
immiscebo sermonem

more institutoque adulto

De

*usu et abusu rei litterariae*

*quanta hac tempestate per hunc in scholis iniungantur  
litteris detrimenta interioribus.*

Excipiet meam orationem

RVDOLPHVS ANTONIVS FABRICIVS

Helmstädiensis

magni PATRIS vnicus filius emendatissimi exempli

summae spei, summae expectationis iuuenis

verae deliciae, et ornamentum sui generis

cui DEVM benefacturum

communis Germaniae magister praenuntiauit.\* PHILIPPVS epi.

elucet in hoc quae vis sit educationis

paterna in domo non neglectae

Stola ad IO. FA-  
BRICIVM, qui do-  
cuit euangelium  
in ecclesia DEI, in-

intu-



*elyta urbe  
Noriberga. &  
S. MDLVI.*

inulit animum in hoc phrontisterium  
praeceptis imbutum salutaribus  
probitatis, moderationis, propositi memorem  
vernilitate qua in academiis mentes tenerae  
per praua exempla inficiuntur  
relegata prorsus omni  
litteras qua Graecas, qua Hebraicas  
percallet ad miraculum  
quibus heic adiunxit enixissime monitus  
venustiore[m] stilum, eloquentiam  
historiam, quaeque ad humanitatem pertinent  
disseret commode

exprompta memoria, et actione decora  
*De piis precibus, et bona mente  
fulcris praecipuis felicitatis, virtutis, et eruditionis.*

Neque vero sine illis potest esse felix  
vita, sapientia, et vocatio hominum  
DEVS aeternus gubernare nos et iuuare debet  
inuocantibus promisit auxilium.

*\*\* De ciui-  
tate DEI lib.  
VII. cap. III.*

Hacc, testificante praefule Hipponense\*\*  
optima quaeque sectatur  
fugitat vitia, et omne id, vnde possit notari  
dedecore et infamia.  
Aduocandi igitur luce crastini ad hanc panegyri-  
hora consueta decima  
quibus melior mens sedet  
partim vt vota simul fuscipiant  
partim vt vultu acmulo  
laudatam in virtutem iuuenis contucantur.

Ita rogo, et disciplinae alumnos hortor  
G. E. NICOLAUS KRIECK  
artium magister, adiunctus ordini academiae Ienensis  
philosophico, et rector

In collegio Ilfeldensi  
dominica II post festum TRINITATIS  
MDCCXVII



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
rest. nicht vergeben!



1077

R.40







LYCEI ILFELDENSIS  
 VOTA  
 DECENNALIA  
 ILLIVS NATALI INITIATIONIS  
 QVI IN DIEM VI IVNII  
 INCIDIT  
 RITE SOLVENDA

